




CLEMENS PAPA X. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

NApostolicæ dignitatis fastigio, ad quod ineffabilis Divus Clemente abunden-
tia humilitatem nostram nullo meritorum nostrorum suffragio euhem
dignata est, Pastoralem sollicitudinem Ecclesiæ Catholice Nobis creditæ
omni studio, quantum Nobis ex alto conceditur, repræsentare iugiter sata-
gentes, pia fidelium, præsertim sublimium Principum præclarissim Ecclesiam
Dei meritissimum, & Religiosorum virorum propria alienaque saluti laudabiles
incubentium, vota ad augendam in terris Beatorum in Cœlis regnantium yenerationem
teadent, libenter exaudimus, sicut ad Omnipotens Dei, & Patris Domini Nostri Iesu
Christi, qui electos suos deuotione supra ætatem, & virtute supra naturam instituit, glo-
riam, fæciliusque Ecclesia decus, & spiritualem fidelium edificationem salubriter expedi-
te in Domino arbitramur. Itaque gloria B. STANISLAI KOSTKA, Poloni Societatis
IESV merita, deuota consideratione, magno que cum spirituali animi nostri gaudio recon-
lectes, ac pijs enixisque Charissimi in Christo filii nostri Michaëlis Poloniae Regis illustris,
& dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Presbyterorum dictæ Societatis precibus
Nobis humiliter porrectis favorabilem alienum præbere cupientes, ipsorumque Præpositi
Generalis, & Presbyterorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a iure, vel ab homine,
quauis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum
prætentium dunitaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes,
de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium facris Ritus prepositorum con-
flio, vt de dicto B. STANISLAO KOSTKA quotanis die xiiij. Nouembris in viuendo
Regno Poloniae, & magno Ducatu Lithuaniae, nec non in Ecclesia Sancti Andreae in Mon-
te Quirinali huius Almae Vrbis nostra vbi eiusdem B. STANISLAI corpus requiecit, ac
omnibus, & singulis Ecclesiæscâræ Societatis IESV, Missa, etiam à Sacerdotibus eo die ad
Ecclesiæ huiusmodi confluentibus, & a Religiosis eiusdem Societatis vbi cumque terarum
existentibus celebrari, & Officium recitari de Communis Confessorum non Pontificum,
iuxta Rubricas Breuirij, & Missalis Romani, liberè, & licetè possint, & valeant, auctoritate
Apostolica tenore prætentium perpetuo concedimus, & indulgemus. Non obstante
bus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque.
Volumus autem ut erundem prætentium Litterarum tranumptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu Secretarij dictæ Societatis, vel Notarij publici subscriptis, & sigillo aliquo
ius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Præpositi, aut Vicarij Generalis eius-
dem Societatis pro tempore existentis muniris, eadem prorsus fides in iuditio, & extra il-
lud vbiique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis prætentibus, si forent exhibitæ, vel of-
fensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xv.
Augusti M.DC.LXX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

I.G. Slusius.

Hieronymus Cattanensis, Secr.

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolice. M.DC.LXX.



THE HARVEST OF THE WORLD

THE HARVEST OF THE WORLD is a book of poems, written by a man who has been called "the poet of the world." It is a collection of poems that express the author's thoughts and feelings about the world and its people. The book is divided into three parts: "The Harvest of the World," "The Harvest of the Heart," and "The Harvest of the Soul." The first part contains poems that deal with the physical world and its beauty. The second part contains poems that deal with the emotional world and its complexities. The third part contains poems that deal with the spiritual world and its depths. The book is a beautiful and inspiring work of art.

J. H. Goldsmith

Author of "The Harvest of the World," "The Harvest of the Heart," and "The Harvest of the Soul."

Published by the Author, 1912.
Price, \$1.00.